

ANNVS DIERVVM ILLVSTRIVM
SOCIETATIS IESV.

siue in Anni dies digestæ

MORTES ILLVSTRES

a P. Philippe Alegambe de Protagan.
Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ab impijs
occisi, aut veneno necati; vel exilijs,
carccris, alijstie ærumpis
confecti sunt.

*Ex actis Collegio Gallicano compagi[n]tibus
et foliamento g[ra]m[m]atica libri
de la Sibilla*



X. Alegambe

ROMÆ, MDCLVII.

Typis Varesij.

SUPERIORVM PERMISSV.

PROTESTATIO AVTORIS.

CVRA Sanctiss. D.N. Urbanus Papa VIII.
die 13. Martij anno 1625. in S. Congre-
gatione S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis
Decretum ediderit, idemq; confirmauerit die
5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros
hominum, qui Sanctitate, seu Martyrij fama
celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula,
vel relationes, seu quæcunque beneficia, tan-
quam eorum intercessionibus à Deo accepta
continentes, sine recognitione, atque appro-
batione Ordinarij, & quæ hæc tenus sine ea
impressâ sunt, nullo modo vult ceuferi appro-
bata; Idem autē Sanctissimus die 5. Junij 1631.
ita explicauerit, ut numirūm non admittantur
Elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ ca-
duint super personam, bene tamen ea, quæ ca-
duint supra mores, & opinionem, cum protesta-
tione in principio, quod ijs nulla adsit auctori-
tas ab Ecclesia Romana, sed fidei tantum sit
penes Auctorem: huic Decreto, eiusque con-
firmationi, & declaratioi obseruantia, & re-
uerentia, qua pars est, insistendo profiteor me
haud alio sensu quicquid in hoc libro refero,
accipere, aut acciprabit vno velle quam quo-
ca solent, qua humana dumtaxat auctoritate,
non autem diuina Catholicae Romanae Eccle-
siae, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, ijs
tantummodo exceptis, quos eadem Sancta
Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum
Catalogo adscripsit:

Ioannes Nadasf Soc. Iesu.

IANVARIVS.

P. *Ioannes Pellerarius*.

Primus Collegijs, Romano, ac deinde Ferrariensi nascentibus Rector datus est ab ipso S. P. Ignatio Ferrariæ Renata Herculis Ducis coniunx, Ludouici Galliæ Regis filia, cum illo contulit de hæresi cum orthodoxæ fidei veritate commutandâ; & hæresim exuit: simulque vniuersa vitæ peccata in Sacramento pœnitentie, illo confessario vsa, deposuit. Multa ille postea doctè, religiosè, fortiterque pro re Catholica gessit Apamij; quicquid contraria fremerent, turbarent que hæretici: quorum furore deiectam Deiparae statuam,

*Gallus.
Tolosæ
obijt 1. Ian
1564.*

Fides.

B.P.

A

tuam,

sola suorum Auctorum fide pondus obti-
ncant, atque adeo non aliter, quam huma-
nam historiam. Proinde Apostolicum
S. Congreg. S. R. & Vniuersalis Inquisitio-
nis Decretum Anno 1625. editum, & anno
1634. confirmatum integrè, atque inuiolatè,
iuxta declarationem ciudem Decreti à
S. D. N. V. R. B. A. N. O. Papa VIII anno 1631.
factam seruari à me omnes intelligant: nec
velle me, vel cultum, aut venerationem ali-
quam per has meas narrationes ulli arrog-
are; vel famam, &c opinionem sanctitatis,
aut martyrij inducere, seu augere; nec quic-
quā eius exhumationi adiungere, nullumq;
gradum facere ad futuram aliquādo. ullius
Beatificationem, vel Canonizationem, aut
miraculi comprobationem; sed omnia in eo
statu à me relinqui, quem seclusa hac nica
Iucubratione obtinerent, non obstante quo-
cunque longissimi temporis cursu. Hoc
tam sanctè profiteor, quam decet eum, qui
Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus
haberi filius cupit, & ab ea in omni sua
scriptione, & actione dirigi

Ego Ioannes Nadasi Soc. IESV.

A. M. D. G.